UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam sententiaru[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis creberrimis roborata

Colonie, 1506

VD16 T 655

De sancta Catharina

urn:nbn:de:hbz:466:1-30585

Visual Library

nō ſcribantur. Iſte eſt liber qui erat ſignatus ſeptem ſigillis quē non fuit
dignus aperire niſi agnꝰ dei qui occiſus fuit in ligno ſancte crucis. ⁊ ꝓpte
rea numerus electorum recolligitur ibidem. Unde Apoca. et ex qualibet
duodecim tribuū duodecim milia ſignati. ⁊ poſtea turba multa quā ne/
mo dinumerare poterat. que ſignata eſt ſignaculo dei viui Et ſic petit au
tor vt ⁊ nos eidem numero ſignato ꝯnumeremur poſt hanc vitam in eter
na patria. Secundo nota. ad ꝯmendatōem Helizabet legitur ꝙ poſt
obitū viri ſui ipa de bonis ſuis hoſpitale ꝯſtruxit. vbi oēs infirmos pau
peres ⁊ debiles collegit apud quos ſe tam beniuolā ⁊ deuotam exhibuit
ꝙ iam nō regina ſed mater pauperū dicebatur. Tandez beata Helizabet
ꝑpendens magꝫ acceptum eſſe deo expendere ꝑ ſeipam bona ſua. tūc am
plius ꝓpria manu paupibꝫ. infirmis ⁊ leproſis neceſſaria miniſtrauit. de/
biles curauit. vulnera purgauit. claudos ad ſeceſſum portauit. Unū ꝯti/
git quodā tempore vt ꝗdam infirmus piſciculos poſtularet. beata Heli/
zabet interrogauit ancillā vtꝝ quoſdaz piſciculos ꝯſeruaſſet. q̄ dixit ſe nō
habere. Sed beata Helizabet infirmo multū ꝯpatiens rogauit deū vt in
firmo piſciculos ordinaret. mittens ancillā haurire aquā de fonte. q̄ duz
aquā extraxiſſet peluim plenā piſcibꝫ portauit. beata Helizabet hoc mira/
culo viſo gratias deo referebat. Sed cū diuine placuit pietati ꝙ famule
ſue vellet remunerare labores miſit angelū ad eā q̄ dixit ei vt exeqas pre/
pararet. qꝛ ad chriſtū eſſet tranſitura. que more ſolito exeqas ꝑparauit. ⁊
pluribꝫ hominibꝫ deuotꝫ p̄ſentibꝫ feliciter valedixit. in cuiꝰ tranſitu odor
ſuauiſſimꝰ tam domū repleuit. ⁊ dn̄s Jeſus totum mūdum diuerſis mi/
raculis meritis beate Helizabet ꝑluſtrauit. q̄ in ciuitate ſua ꝓpria mark/
burch in eccl'ia parrochiali in pace eſt ſepulta.

¶ Pro terminis nota. ꝙ agnoſco eſt ꝟbū tranſitm̄ tercie ꝯiugatōis cō
poſitū ab an ⁊ noſco. mutando n in g. Sed inferi eſt infinitiuus paſſiua/
lis huiꝰ verbi inferor. Sed hoc nomen inferus aliqñ eſt ſubſtantiū hete/
roclitum in gn̄e tm̄. qꝛ in ſingulari numero eſt generꝫ maſculini. ⁊ in plura
li numero eſt generꝫ neutri ⁊ ſemꝑ ſcd̄e declinatōnis

S Anctiſſime virginis votiua feſta recolamus. Venerantes
hanc diem preclaram om̄es ꝯcinamus. Proferat hec con
cio laudes. et deuotio ſit ſyncera. Concrepet organicis modulis ⁊
canticis laude digna.

¶ Hic autor ſcribit aliud canticū ob reuerentiā ⁊ gloriā ꝟginis cathari/
ne ꝯpilatū. Et diuidit̄ in tres partes. In p̄ma autor hortat̄ populū fide/
lem ad laudem ſctē catharine. In ſcd̄a parte deſcribit vitam eius penes
virtutes meritorias. In tercia parte dirigit petitōnem ad eam vt interce
dat pro nobis. ſecunda ibi. Hanc fuiſſe. tercia ibi. Ora pro ⁊c̄. Et dr̄ pri/
mo ſic. Nos chriſtiani (recolamus) id eſt peragamus (votiua feſta) id ē
ſacras ſolēnitates (ſanctiſſime ꝟginis) ſcꝫ catharine (om̄es) ſcꝫ nos chri/
ſtiani (ꝯcinamus) id eſt ꝯcorditer decantemus (venerantes) id eſt hono

rantes (hanc preclaram diem. hec concio) id ē turba (proferat) id ē dicat
(laudes) ſcꝫ ſancte catharine (⁊ deuotio) id eſt attentio cordis. ſcꝫ ipſius
turbe (ſit ſyncera) id eſt pura. ⁊ ipa concio (ꝯcrepet) .i. cōſonet (organicis
modulis) .i. artificialibꝫ modulis (⁊ canticis) id eſt vocibꝫ naturalibꝫ (di-
gna laude) id eſt cum debita reuerentia

☞ Nota. ſcribiť in pſalmo. xlv. Om̄is gloria eiꝰ filie regis ab intus
in fimbrijs aureis ⁊c̄. In qbꝫ verbis ſancta catharina ꝯmendať. qm̄ om-
nis gloria eius quā impendit ei dn̄s originem habuit ab intus. id eſt ab
interiori cordis intentōne. Vn̄ nota ꝙ virtutes ſunt duplices. Quedaꝫ
ſunt exteriores. ſcꝫ ꝟtutes ſenſuales. ⁊ ſunt qnqꝫ ſenſus hoīs q̄ deſignātur
ꝑ quinqꝫ talenta que dedit paterfamilias p̄mo ſeruo cauſa lucri. In his
quinqꝫ ſenſibꝫ oportet nos negociari vt fiat lucrum. qꝛ talentū lucrans cō-
mendať ⁊ eius negociatōni regnū dei ꝓmittiť. Sed talentū abſconditū
reprehendiť ⁊ a ſuo poſſeſſore aufertur. ſicut dꝛ in euangelio Matth. In
iſtis ſenſibꝫ ⁊ talentis p̄nominata puella multas alias virtutes lucrata ē
interiores. Ideo dꝛ ab intus in fimbrijs aureis. Sed virtutes interiores
ſunt duplices. ſcꝫ morales ⁊ intellectuales. Morales ſunt quattuor p̄n-
cipales. ſcꝫ prudentia. iuſticia. fortitudo. ⁊ temperantia. q̄ dicunť ꝟtutes
cardinales. qꝛ ab his virtutibꝫ om̄es alie deriuantur. Sed virtutes intel-
lectuales ſm̄ ph̄m ſunt qnqꝫ quas ꝑtractat ſexto ethicoꝝ. videlicꝫ ſapien-
tia. prudētia. ars. ſcientia ⁊ intellectꝰ. Et vocanť intellectuales. qꝛ intelle-
ctus ꝑ eas diſponiť ad ſummā delectatōem q̄ ꝯſiſtit in vltima felicitate ⁊
ꝑfectōe. He ꝟtutes abundanter intellectū ꝟginis catharine fecundabāt
ideo merito dꝛ. oīs glīa eiꝰ. ſcꝫ catharine. filie regꝭ. ſcꝫ chriſti. fuit ab intus
id eſt a ꝟtutibꝫ interioribꝫ. ⁊ nō ab exterioribꝫ. qꝛ ſm̄ ꝟtutes exteriores nō
laudamur neqꝫ vituperamur. ſed ab eis periclitamur ſm̄ dictum euāge.
Si oculus tuus aut pes ſcandaliſat te erue eū ⁊ ꝓijce abs te. Sꝫ qꝛ hec
ꝟgo beata claruit ex virtutibꝫ interioribꝫ. qꝛ gloria eiꝰ erat ab intus. ergo
hec ſequentia in honorem ipius eſt ꝯpilata.

¶ Pro terminis nota. ꝯcino eſt verbū neutrale tercie ꝯiugatōis ꝯpo-
ſitū a con ⁊ cano mutādo a in i. Et differūt ꝯcino ⁊ ꝯcinno. vt patuit ibi.
Te libri ⁊c̄. Sꝫ ꝯcio eſt nomē fei generꝭ deriuatum a ꝯcieo es. qd̄ ſcat vo-
care. ⁊ dꝛ ꝯcio quaſi populi ꝯuocatio. Sed ꝯcrepo eſt verbum tercie cō-
iugatōnis neutralis generꝭ. qd̄ ſcat ſonū facere

Hanc fuiſſe filiam coſti regis vnicam tradunt ſcripta. Annis
puerilibus artibus ſophiſticis fuit clara. Turbam philoſophicam
vicit et rhetoricam diſputando. Hinc regina credidit deos vanos
reſpuit venerari.

¶ Hic autor deſcribit vitā ſancte catharine. Et diuidiť in duas partes
In p̄ma deſcribit vitam eius. In ſcd̄a parte inſinuat ꝯplementum paſſio-
nis eiuſdē. ſcd̄a ibi. Fit penalis machina. dicēs (Scripta) .i. ſacre ſcriptu-
re (tradunt) id eſt dicunt (hanc) ſcꝫ ſanctam catharinaꝫ (fuiſſe) id eſt ex-

ſitiſſe (vnicam filiā).i.vnigenitā natam (regis coſti) ſic dicti.⁊ ipſa ſancta catharina (in puerilib⁹ annis).i.tempore iuuētutis (fuit clara).i.ſplēdida imbuta ⁊ docta (ſophiſticis artib⁹).i.in ſciētijs liberalib⁹. ⁊ ipſa ſctā catharina (vicit).i.ſupauit (philoſophicā turbā).i.turbā artiſtaꝝ vl' phoꝝ (et rhetoricā turbā).i.turbā rhetoꝝ (diſputādo).i.ꝑ diſputatōem (hinc) id eſt poſt hoc (regina) id eſt vxor maxentij (credidit).i.fidem catholicā aſſumpſit.⁊ (reſpuit).i.ſpreuit (venerari).i.honorare (vanos deos) id ē idola ſeu imagines diabolorum

¶ Nota autor in hac parte ꝓtractat vitam beate catharine valde breuiter.⁊ vtitur colore rhetorico qui dr̄ breuitas.in hoc ꝙ dt̄ eā filiā coſti regis. Vñ coſtus erat rex ſub regno grecoꝝ.⁊ morabat in vrbe Alexandria cui⁹ filia fuit ſctā catharina.in cui⁹ honore p̄ſens carmen eſt ꝯpilatū quā miſit pater informari artib⁹ logicalib⁹ ⁊ phyſicalib⁹.q̄ in quā catharina ſub imperatore Maxentio paſſa eſt. Qui cū oēs hoies tā diuites q̄ꝫ pauperes ad Alexandriā ꝯuocaſſet vt idolis imolarēt.⁊ chriſtiani ſacrificare nolentes p̄cepit vt punirent. Catharina annoꝝ.xviij.manens in palatio audiens diuerſoꝝ aīaliū rugit⁹ miſit nuncios vt celeriter inq̄rerent q̄dnam hoc eſſet.cui dixerūt.ꝙ Maxentius ceſar p̄cepiſſet ꝑ vicinas partes tam paupes q̄ꝫ diuites idolis imolare.⁊ chriſtianos punire Quo audito beata charina cū aliq̄b⁹ de palatio aſſumptꝭ ſigno crucis ſe muniens venit ad tēplū vbi idolis ſacrificia offerebant.⁊ cū chriſtianos ad ſacrificia idoloꝝ ꝯpelli vidiſſet.ꝑ ꝯpaſſionē mota audaciter ſe ingeſſit ad imperatorē dicēs. Salutatōem tibi ꝓferre o imꝑator ordinis dignitas poſtulat ⁊ rōnis ſi creatorē omniū cognoſceres.⁊ a cultu idoloꝝ animū tuū reuocares. Deinde cepit cū imperatore diuerſimode diſputare ꝑ diuerſa genera cōcluſionū.⁊ deinde rediens ad colloquiū dixit. Quare hoies inuanū compellis ad idoloꝝ ſacrificia.miraris templū ꝑ manus artificis operatū ⁊ ꝯſtructū.miraris ornamēta p̄cioſa que pereūt tanq̄ꝫ puluis ante faciē venti. Mirare potius celū ⁊ terrā ⁊ oīa q̄ in eis ſunt.⁊ cū hec aduerteris diligenter agnoſces q̄s illoꝝ ſit potentior.⁊ cū hoc ꝑceperis ipm̄ veꝝ deū ꝓ nobis oib⁹ crucifixū adora.ipm̄ quoqꝫ glorifica. Ipſe eīm eſt dñs dominantiū ⁊ deus deoꝝ. Poſt hoc incepit catharina ꝓferre de incarnatōe filij dei.quo audito Maxentius ſtupefactus dixit catharine.ſine modo.i. ꝑmitte mō fieri ſacrificia deoꝝ noſtroꝝ ⁊ poſtea tibi rñdebim⁹. Maxentius igit iuſſit eā duci ad palaciū et diligenter cuſtodiri admirās de pulchritudine ei⁹ ⁊ ſapientia.erat eīm valde pulchra ⁊ ſapiens Finitis igitur cultib⁹ idoloꝝ imperator ad palaciū rediens dixit. Catharina cultib⁹ idolorum noſtroꝝ occupati tibi rñdere nō potuimus.ſꝫ nūc p̄mū inq̄remus de tua ꝓgenie.q̄ rñdit Scriptū eſt nō cauſa arrogantie ſꝫ humilitatis amore tibi ꝓgeniem meā expono. Ego inquit ſum coſti regis filia.q̄ lꝫ in delicijs ⁊ diuitijs nutrita ſim.tñ hec oīa ꝯtempſi ⁊ mihi xp̄m elegi. Tūc dixit Maxenci⁹. Si veꝝ eſt q̄d dicis totus mūdus errat.ſi eīm angelus de celo veniret que dicis nō crederem⁹.nunq̄d igit tibi credere poſſumus.q̄a fragilis es mulier. Tunc dixit catharina. O imperator aīo irato noli vinci.nec inſipienti aīo ſurgat turbatio.vt ait poeta. Audiens igit Maxentius Catharinā magiſtros ⁊ poetas allegare.videns ꝙ nō poſſit reſiſte-

re ſapientie eius. ꝑ melioꝛibꝫ magiſtris totius grecie miſit. q̄ ipam ſupera
rent ⁊ ꝓpter hoc maxima dona ꝑciperent. Rediens igiꝉ nuncius q̄nquaꝰ
ginta rhetoꝛes. ⁊ ſummos pħos adduxit. q̄ ſcīa ſua oīe genꝰ moꝛtaliuꝫ
excellebāt. Interim btā catharina in carcere ſeruabaꝉ cui ꝯſiliū regꝭ ⁊ imi
nens pena nunciaꝉ. ⁊ ipa ſctā catharina deū fidelr̄ oꝛabat ꝓ victoꝛia. Cui
angelꝰ apparuit dicens ei. Cōſtāter age. ſpūſſanctꝰ infundet verba in os
tuū. q̄bꝫ aduerſarijs reſiſtere poſſis. Tādē btā catharina duciꝉ de carcere
vt ꝯtra rhetoꝛes diſputaret. quos breuiter ſctā catharina diſputādo ꝯui
cit ⁊ ipos ad fidē chꝛiſtianā ꝯuertit. ita ꝙ impatoꝛi dicerēt. niſi ꝓbabilio/
rem viā de dijs tuis dixeris ad xp̄m ꝯuertimur. Tūc Maxencius furo/
re accenſus ipſos in medio ciuitatis cremari fecit. quos catharina de fide
xp̄i fidelr̄ inſtruxit. ita ꝙ nec capilli nec veſtimēta eoꝝ exuſta inuenirentur.
Poſt hꝯ Maxenciꝰ catharinā blādicijs exhoꝛtās vt dijs imolaret. ⁊ cū
nō poſſꝫ eā flectere iuſſit eā flagellis cedi ⁊ in carcerē obſcurū recludi. et ꝑ
duodecim dies fame cruciari. quā tn̄ dn̄s ꝑ angelū ꝯſolabaꝉ. Nā colūba
de celo veniens cibū ſibi miniſtrauit. ⁊ xp̄s cū multitudine angeloꝝ ei ap
paruit dicēs. Agnoſce filia creatoꝛē. durū em̄ ſubiſti ꝯflictū. ꝯſtans ğ eſto
ego tecū ſum. Contigit igiꝉ maxenciū a fine terre ſue recedere Regina igiꝉ
amoꝛe catharine accēſa cū Poꝛphyrio p̄ncipe ꝓperauit ad carcerē. q̄ vidit
immēſam claritatē in carcere refulgentē ⁊ angelos plagas ſctē catharine
ꝑungentes. Catharina ergo regine ⁊ Poꝛphirio p̄dicauit ⁊ ipos ad fidē
ꝯuertit ⁊ cū hoc eis palmā ſui martyrij p̄dixit. Rediens vero imperatoꝛ
catharinā ad ſe venire iuſſit. vidēs eā ꝑ ieiuniū nō eſſe cruciatā ſꝫ magis
foꝛmoſam. cuſtodes carceris iuſſit toꝛq̄ri. Catharina vera dixit. ego cibū
ab hoīe nō aſſumpſi nec ſuſcepi. ſꝫ celeſti cibo ſum nutrita. Maxenciꝰ ite
rū incepit blandicioſis verbis exhoꝛtari dicēs ad eā. O puella ꝯſulo foꝛ
moſitati tue vt meis acq̄eſcas ꝯſilijs ⁊ eris p̄ma poſt reginam in palatio
meo ſi idolis imolaueris. Sed ipa ꝯſtāter agens noluit ꝯſentire. Et iſta
iam ſcripta ſunt tanq̄ꝫ initiū paſſionis eius

¶ Pro terminis nota. Coſtus eſt equocū. vnꝰ. Eſt ſpecies coſtus ꝓ/
prium nomen quoqꝫ coſtus.

Fit penalis machina pereunt ac milia dū rotaꝉ agmina paganoꝝ

Mox p̄uaꝉ capite. aſſunt turbe celice. ſepeliꝉ vertice mōtis ſyna.

¶ Hic autoꝛ inſinuat ꝯplementū paſſionis ꝟginis glorioſe. ſcꝫ catharie
dicens. Poſtq̄ꝫ Maxenciꝰ vidit ꝙ catharina blādimētis ſuperari nō po
tuit (penalis machina). i. rota plagatoꝛia (fit). i. paraꝉ. ſcꝫ ad dilaniādū
ſctā in catharinā (ac) et (milia agmina). i. mille turbe (paganoꝝ). i. gētiliū
(pereūt). i. necanꝉ (dū) ſcꝫ ipa ſctā catharina (rotaꝉ). i. rotādo martyriſa
tur. ſcꝫ ipa (p̄uaꝉ). i. decollaꝉ (mox). i. ſtatim (capite) ſcꝫ ſuo ſctō collo (ce
lice turbe). i. turbe āgeloꝝ (aſſunt). i. p̄ntes ſunt ⁊ aſſiſtebāt eiꝰ moꝛti. ⁊ ip
ſa (ſepeliꝉ). i. humaꝉ. ſcꝫ ab angelis (debite). i. reuerēter. ⁊ (ꝟtice). i. i ſum
mitate (montis ſyna). i. in altitudine montis ſynai.

¶ Nota. legiꝉ in paſſionali cū catharina. nec blandis ꝟbis nec terro/

ribꝫ poſſet ſuperari. venit quidā de familia regꝭ noīe Curſates dicēs imperatori. O imperator hec catharina nō vidit adhuc tale genꝰ tormētoꝝ q̄ terreret. fac fieri q̄ttuor rotas acutas clauis ⁊ raſorijs infixis. quaꝝ due ꝯtra duas moueantur. quibꝫ catharina iponatur vt corpꝰ eiꝰ mēbratim laceretur His rotis factꝭ ⁊ an̄ tribunal poſitꝭ btā cāatharina ſecrete orauit dicēs. Dn̄e Jeſu xp̄e q̄ ſubuenis tuis in oī nec̄citate exaudi me in hac petitōe ⁊ ꝯſerua corpꝰ meū a pena rotaꝝ Qua orōne facta ſtatim mota ſūt tonitrua ⁊ fulmina q̄ rotas ꝯcuſſerūt. ⁊ multi paganoꝝ de familia regꝭ perierūt. Qd̄ vidēs regina deſcēdit de palatio dicēs ad ceſarē. O veſane ⁊ impie tyrāne nūq̄d tāta miracula dei oīpotētꝭ times ꝙ adhuc deū veꝝ quē ſuperare nō potes pſeq̄ conarꝭ. Qd̄ audiēs maxenciꝰ ꝯſiderauit eā eē xp̄ianā. ⁊ ſtatim fecit eā decollari. cuiꝰ corpus Porphyriꝰ ſepeliuit poſtea. Quo facto iteꝝ fecit adduci catharinā. cui ſic ait. o Catharina ꝯſenti mihi ⁊ adora deos meos. tā eris p̄ma in palacio meo. ſtatuā aureā in medio ciuitatꝭ faciemꝰ imagīe tua impſſaꝫ. vbi hoīes tāq̄ deū te adorabūt. Cui catharīa r̄ndit Solꝰ deus adorandꝰ ē cui ſeruo fidē meā. Tūc rex iteꝝ cogitauit de corpore regine ⁊ q̄ſiuit q̄s h̄ abſtuliſſet. Tūc Porphyriꝰ ꝓcedēs cū militibꝫ ſuis dixit. Ego corpꝰ dei famule ſepeliui. nā ⁊ ego chriſtianꝰ ſum Qd̄ audiens Maxenciꝰ furore arreptꝰ clamore magno rugitū fecit dicēs. Heu me miſeꝝ. vt q̄d Porphyriꝰ vnicū ſummū ſolatiū meū ſeductꝰ ē vt me derelinquat. Et ſtatim iuſſit porphyriū cū ducentꝭ militibꝫ in chriſtū credētibꝫ decollari. Tūc dixit ad btām catharinā. Ut q̄d malefica q̄diu nos ꝓtrahis ex duobꝫ vnū elige aut maturius ſacrifica dijs. aut capitali ſnīa plecterꝭ. Cui catharina. ſum parata ad ſuſtinendū oīa q̄ ꝓ noīe xp̄i poterꝭ inferre. Et ſic ducitur an̄ portā ad decollandū. ⁊ deo grās egit. ⁊ ꝓ inuocātibꝫ ipām in neceſſitatibꝫ ſupplicauit. Veniēs igitur vox de celo ipām vocauit dicēs. Ueni dilecta mea qd̄ poſtulaſti ipetraſti ꝓ q̄bꝫ oras ſalui erūt. Et tūc ſpiculator ipām decollauit. ⁊ lac de corpe eiꝰ ꝓ ſanguīe emanauit ad innuendū eiꝰ ꝟginitatē. vbi ſtatim angeli acceſſerūt ⁊ corpꝰ b. ꝟgis catha. ad montē ſynai deportauerūt. vbi adhuc oleū ſacꝝ de corpe ſuo manare videtur. ⁊ vbi multa bn̄ficia infirmis ipendunt p̄ſtante dn̄o ieſu xp̄o

¶ Pro terminis nota. Penalis eſt nomē adiectiū a noīe pena. Sed rotor aris eſt verbum paſſiuū deriuatū a nomīe rota. Item trūcor aris eſt verbum paſſiuū a noīe trūcus. ⁊ dr̄ aliq̄s habens crus quo ꝑuatur. Sed ſepelio eſt verbū quarte ꝯiugatōnis Sꝫ vertex ſ̄cat ſummitatē montis. maſculini gn̄is. tercie declinatiōnis

Ora ꝓ populo. precare ꝓ clero martyr chriſti Catharina.

Aſtantem populū laudātem te clerum. foue rege per ſecula

¶ Jā autor dirigit petitōem ad ſctām catharinā dī. O martyr xp̄i Catharina ſic dicta (tu ora). i. intercede ꝓ ꝑplo cōi (tu p̄care) . i. obſecra (pro clero). i. ꝓ ꝯgregatōe clericoꝝ. o ſctā catharina tu (foue). i. nutri (populū) ſcꝫ chriſtianū (aſtantē) ſcꝫ tue feſtiuitati (⁊ rege). i. guberna (clerū). i. multitudinē clericoꝝ (laudantē). i. venerantē (te). ſ. catharinā ſctāꝫ (ꝑ ſecula) id eſt eternaliter. ¶ Notandū p̄mo. hec beata virgo merito inuocatur

De ſancta Catharina

Legiť eñi cũ deberet decollari orauit ad deũ. vt q̇cunq̧ memoriã eius ce
lebraret in oĩb necesſitatib ſuis ꝓpiciatõnis celebrẽ obtineret effectum
¶ Itẽ nota. btã catharina apparuit glorioſa in q̇nq̧. ſcꝫ in ſapiẽtia. in elo
quentia. in ꝯſtantia. in dignitatꝫ eminentia. in caſtitatꝫ mũdicia. Vñ q̇n/
q̧ ſunt q̄ violare pñt q̄ ipa ſeruauit. Habuit affluentiã bonoꝝ ſeu rerum
tpaliũ. cũ parẽtib ditisſimis ſucceſſit. Habuit opportunitatẽ. qꝛ inter ſu/
os famulos verſabať. Habuit etatẽ iuuenilẽ. qꝛ octodecim ãnoꝝ fuit Ha
buit etiã libertatẽ. qꝛ libera in palacio remãſit. Habuit etiã pulchritudinẽ
erat eñi ſpecioſa valde. ¶ Itẽ nota. btã catharina magna dignitate fulſit
in celeſtib. Vñ q̄dam pͥuilegia fuerũt in aliq̄b ſanctꝫ dũ decederẽt vt xp̄i
viſitatio in Joanne euangeliſta. olei emanatio in ſancto Nicolao. lactis
effuſio in beato Paulo. ſepulchri p̄paratio in ſancto Clemente. petitiõis
exauditio in ſancta Margareta. Hec oĩa fuerunt ſimul in ſancta Catha
rina q̄ alijs ſingulariter ꝛ particulariter erant ꝯceſſa

¶ Nota. clerus eſt nomẽ ſcđe declinatõis. ꝛ dꝛ a cleros qđ eſt ſors. q̄a
antiquitus cleri ſꝫm ſortem fuerunt electi. Sꝫ catharina dꝛ a catha grece
qđ eſt vniuerſale latine. ꝛ ruina quaſi vniuerſalis ruina. qꝛ oĩe edificiuꝫ
diaboli in ea corruit. Edificiũ cupiditatꝫ mũdane ꝑ diuitiaꝝ ꝯtemptum
Vel catharina dꝛ quaſi cathenula. quia ipa ꝑ opera ſua catenam fecit ꝑ
quam ad regna celorum aſcendit

D Eus in tua ꝟtutẽ ſctũs andreas gaudet ꝛ letať eadem co/
mitat. Piſcatio nati tui ipꝫ p̄mũ fact piſcator ppl'oꝝ

¶ Hic autor deſcribit aliã ſequentiã de feſtiuitate ſancti Andree. In q̄
autor tria facit. Primo alloq̇tur dñm ieſum xp̄m ꝯmẽdando ſanctũ An/
dreã. Scđo oſtẽdit ꝟtutẽ ꝛ paſſionẽ ei. Tercio dirigit petitõem ad euꝫ.
ſcđa ibi. His legib. tercia ibi. Nos igiť. Dicẽs p̄mo ſic. O deus (ſctũs
Andreas). i. apl's ſic dict (gaudet). i. exultet (ꝛ letať). i. gratulať (in tua
ꝟtute). i. in magnificẽtia diuina (comitatus). i. ſequut. ſcꝫ te (eadem) ſcꝫ
ꝟtute. ſcꝫ qua ipe ſanct Andreas eſt (piſcator). i. captor (populoꝝ). i. gẽ/
tiũ. ſcꝫ ſctũs Andreas eſt factus (piſcatio). i. p̄dicatio (tui nati). i. ꝟbi in/
carnati ſcꝫ xp̄i (p̄mũ). i. p̄mo.

Mirmidones idolatras diu fluctiuagos rete cepit fidei

Et ſanct Andreas (cepit). i. attraxit (rete) ſcꝫ (fidei). i. ſua predicatio
ne (Mirmidones). i. tales hoĩes (idolatras). i. infideles (fluctiuagos)
id eſt dubitantes in fide (diu). i. longo tempore

¶ Nota ſcribit ꝓpheta in pſ. Cadent in retiaculo eius peccatores In
q̄b ꝟbis btũs Andreas ꝯmẽdať. cui poſt vocatõem data ẽ poteſtas vt
caperet pctõres retiaculo fidei. ꝛ duceret eos ad portũ ſalutis eterne Vñ
ſciendũ eſt ꝙ btũs Gregorius dꝛ ſuꝑ euangelio Johãnis. xxi. Traxerunt
rete ad terrã plenũ magnis piſcib centũ q̇nquaginta trib Et cũ tãti eẽnt
nõ eſt ſciſſum rete. Ubi dꝛ btũs Gregorius. ꝙ duplex eſt captura Prima
captura qñ diſcipuli adorauerũt in naui ꝓ captura piſciũ ꝛ dñs apparuit